

Mythologia, Venise, 1567 - VI, 20 : De Titanibus

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[77\] : De Titanibus](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 20 : De Titanibus](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 21 : Des Titans](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 20 : Des Titans](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VI, 20 : De Titanibus, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 28/08/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/892>

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

Exemplaire Munich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ), Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination192v°-194r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Titans](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Mythologia I

- salix, eius filia est Elara Nympha, lacteus humor in seminibus scilicet, quoniam sine fluuiialibus Nymphis calamus segetum non potest nasci. Quid Iupiter sit, iam saepius dictum est. Hanc Nympham Iupiter compressit, quoniam certis temporibus genitalem temperiem atque humorem semina ex aere concipiunt, quae ad ortum excitantur, quod manifestum est in quibusdam seminibus, quae non, nisi ad certum tempus, virginitatem seruare possunt; quo spatio transacto vel nascantur necesse est, vel humor ille genitilis, qui semina conseruat, excitatus paulatim exhalat, donec ex anima illa semina relicta penitus putrescant, cum eo tempore praegrans sit semen, ex Ioueque concipiat, sub terram demittitur, ne Iuno asperius in ipsum sauiat: nam vetus frumentum ob aeris iniurias non ita commodum est sementibus. Erumpit postea ex ipsa terra non semen quidem, quod iam putrefactum est, cum intra terram moriatur; sed calamus, qui Tityus est, hic ab ipsa terra educatur, quare vocatus est terrae alumnus. Hic insurgit in coelum, & tanquam in Latonam imperum facturum sagittis Apollinis & Dianae conficitur ac prostermitur. Nihil hoc aliud significat, quam calamum, ubi ad iustam longitudinem excreuerit, mox solis & lunae opera ad maturitatem perducitur, ita ut denique a messoribus prostermatur. Nam neque luna sola ad maturitatem perduceret, quia opus est calore: neque id solus sol efficeret, quia solus calor exiccaret, nisi humoris temperamentum adiuuaret. Inde fertur Tityi ita caeli iecur a vulturibus comedi, quoniam inutilia sunt panis conficiendo exteriores frumenti cortices, idque quod est interius totum ad usum panis conferat. Distenditur autem non in nouem, sed in multa terrae iugera, quae omnia frugibus operiuntur. Hae igitur fabula totam serendi, metendiue tritici, & panis conficiendi rationem continet, quippe cum ita semper Tityi iecur renascatur, & immortale sit, quod significat annuam agriculturalium diligentiam. At nunc de Titanibus dicamus.

De Titanibus.

Cap. XX.

- 30 **T**itanes, qui bellum aduersus Iouem ceperunt, crebrisque fulminibus detrusi sunt ad inferos, Terrae & Coeli filii fuisse dicuntur, ut scriptum est ab Aeschilo in Prometheus his carminibus;
- Ἰταῖοι ἱστὸν τὰ λατὰ θεοῦ, αἰετῶν,*
Τίτῶν, ἕρασι τε καὶ χθονὶ Τίτῶν.
- Titanibus nam consulebam ego optime,
Parere: Coeli terrae & almae filii.
- Quod scripsit etiam Ophi in hymnis;
- Τίτῶν γὰρ ἴσθι, καὶ ἕρασι ἀρχαὶ Τίτῶν.*
- 40 **T**itanes caeli ac terrae clarissima proles.
- Hi Titanes bellum aduersus Iouem ea de causa susceperunt, quia, ut dictum est in Ioue, ante Saturnum Ophio & Eurynome filia Oceani, qui Titanes vocati fuerunt, Diis imperabant. At Saturnus Ophione postea debellato, cum Rheae palæstra Eurynomen vicisset, illis imperium extorsit. Alii tamen Titanum Saturni fratrem dixerunt, ad quem, cum maior esset natu Saturno, iure hereditario imperium pertinebat: sed tamen matre ac sororibus precantibus impetrauit a fratre Saturnus ut ipse imperaret, qui etiam imperauit Titanibus, ut ait Apollonius lib. 2. Argonaut.

Ἰστυρία δὲ φησὶ τὸν Ἰστυρίαν ἐπὶ τῷ Ἰστυρίῳ ἄλλοι δὲ τὸν Ἰστυρίαν ἐπὶ τῷ Ἰστυρίῳ
impetio regetet Titanas ut olim

Hic etiam Philyre in magno Saturnus Olympo.

Haec tamen lege, ut filios, si qui mares de se nascerentur, occideret: ne ad illos post Saturnum imperium deferretur, sed rediret ad Titanum, cum Iupiter etiam contra foedus educatus fuisset, regnumque paternum occupasset, Titanus ac illius filii arma sumpsere, bellumque Iouis tanquam illegitime, & contra patrium iusurandum imperanti, bellum intulerunt. Verum cum Iupiter fuisset a Themide monitus, ut pelle Amaltheae caprarum pro integritate uteretur, quod illa futura esset iis formidabilis, Titanas bello vicit, quare cum pro euentu bellorum iustae causae potentur pugnandi, omnibus gloriosa Iouis victoria credita est. Sed antequam Iupiter bellum aduersus Titanas adireretur, omnes Deos iurare super ara cogit, quod libi fidem in ferendo auxilio seruaerent: quare Ara illa postea fuit inter sydera collocata, ut ait in his Arati interpres de sententia Eratosthenis; *Ἰστυρία δὲ φησὶ τὸν Ἰστυρίαν ἐπὶ τῷ Ἰστυρίῳ ἄλλοι δὲ τὸν Ἰστυρίαν ἐπὶ τῷ Ἰστυρίῳ* inquit autem Eratosthenes hanc Aram illam esse, super qua primum Dei iurarunt, cum Iupiter bellum aduersus Titanas suscepit, a Cyclopiibus extrocta. Dicuntur fuisse inter ceteros Titanes Prometheus, Crius, Pallas, Anyrus, & Centimanus Aegæon, qui Briareus etiam vocabatur; & Gyges, qui fuit Ponti ac terræ filius creditus, quem tamen non aduersus Iouem bellum suscepisse scripsit Ion in Diachrymbis, sed ad custodiam Iouis fuisse à Thetide euocatum. Alii gigantem fuisse, ac non Titanem putarunt, qui belli aduersus Iouem particeps fuit, sed postea per id bellum ex Eubœa in Phrygiam fugerit, ubi demum interiit, ut scripsit Tarrheus. Bellum id à Titanibus aduersus Deos gestum scriptum fuerat ab Eumelo antiquo poeta heroicis elegantissimis carminibus. fama est Titanas omnium mortalium primos metendi artem à Cerere fuisse doctos, sicuti scripsit lib. 4. Apollon. in his;

10

20

Ἄλλοι δὲ τὸν Ἰστυρίαν ἐπὶ τῷ Ἰστυρίῳ ἄλλοι δὲ τὸν Ἰστυρίαν ἐπὶ τῷ Ἰστυρίῳ

30

Namque Ceres quondam terris habitauit in illis,
Titanas docuit pingues succidere aristas.

Cum hi aduersus Iouem pugnantes vulnerati fuissent, dicuntur ex illorum sanguine, qui in terram defluxit, varia viperarum genera, lxtiferorumque serpentum esse exorta, ut testatur Nicander in Theriacis hoc pacto;

Ἄλλοι δὲ τὸν Ἰστυρίαν ἐπὶ τῷ Ἰστυρίῳ ἄλλοι δὲ τὸν Ἰστυρίαν ἐπὶ τῷ Ἰστυρίῳ

40

Serpentes, pariterque phalangia noxia, & atrum
Vipereum genus, & quæ terræ plurima monstra
Producunt, sunt Titanum de sanguine nata.

Postea vero quam Titanes victi fuerunt, Iudi Olympici sunt in honorem Iouis ad perperuam eius victoriam memoriam instituti ab Hercule Idae; in quibus præter ceteros Apollo Mercurium cursu luperauit, ac Mars vicit pugillatu: atque inde seruatam fuit ut tiliarum moduli salientibus quinque ortionibus accinerentur, quod genus id carminis sacratum esset Apollini, qui primus Olympicas palmas tulisset. Hæc pauca occurrebant, quæ de Titanibus

Ccc tanibus

Mythologia II

tanibus in presenti cōmemorarem . at nunc veritatē ex his eliciamus . Pausanias in Corinthiacis Titanum astronomiæ peritum fuisse scribit , quare frater Solis dictus fuit , quod in observandis anni temporibus , negotiorumque omnium opportunitatibus fuit diligentissimus . Primus enim ex annuo solis cursu cognovit quibus temporibus quæ stirpes , aut quæ semina terræ sint committenda : quos fructus sol facile auget ac concoqueret . Hanc rerum & astronomiarum & agendorum negotiorum rationem , cognitionemque cum mortalibus perhumaniter impartivisset , dictus est & ipse , & eius filii cælum affectasse , Iovemque de regno deicere voluisse , idque sibi & suis filiis subiret : im Iupiter fulmen accepisse dictus est , & in illos contorsisse . quid aliud vero sunt fulmina , quam immixtus à divina bonitate ardentissimus ignis siue scientiæ rerum cœlestium desiderium , cum cœlestia scire cupientes divina bonitas ad se rapiat : neque enim sine ope divina , vel sine vi siderum ad cœlestium cognitionem accendimur aut pervenimus . nisi siquidem vis ignea sanguinis hīs , qui ad harum rerum cognitionem se erigunt : quippe cū Musas animas sphaerarum cœlestium arbitrentur , ut significavit Virg. lib. I. Georg.

10

Me vero primum dulces ante omnia Musæ,
Quarum sacra Igro ingenti percussus amore
Accipiant : cœliq; vias , & sidera monstrant .

20

At quibus frigidioris sanguinis natura extiterit , illi ad voluptates potius incitati sunt & propensi , quam ad vllas disciplinas , quod paulopost inquit idem poeta in his :

Sic has ne possim naturæ accedere partes,
Frigidus obilitere circum præcordia sanguis ;
Rura mihi , & rigui placeant in vallibus amnes .

Hunc sanguinis calorem , totiusque corporis temperamentum tanquam stimulum habemus ad res singulas , contra quem siquid conamur , vel frustra , vel non sine summa difficultate nitimur . alii Saturnum esse Titanum crediderunt , siue tempus , ut scripsit Orpheus in hymno in Sat.

30

Ποικιλὸν ἄνετον , ἀνιόντι , μετὰ τὴν ἀλκίαν ἔτατον .
Consilio pollens , pure , ac fortissime Titan .

Nam cum omnia ex tempore nasci videantur , tanquam mortalem facultatem superatura , tum hæc cœli calore paulatim victa intercidunt , ceduntque divinis illis sempiternis corporibus , quibus velle repugnare , seque æquare videbantur . Decidunt igitur res humanæ icæ fulmine , quia vis generationis ita corruptionis artifex est calor : quare per hanc fabulam significarunt antiqui res humanas , quæ temporibus quibusque nascerentur , ac tempus ipsum , quasi illarum fratrem divinis corporibus cedere : quorum caloris vicissitudine omnia ad interitum & ad ortum properarent ; quippe quæ ubi ob imbecillitatem tandem ignem exhalarint , in cætera elementa , ex quibus composita fuerant , solvantur . Has igitur res humanas quidam Titans , divinas vero virtutes , Iovem , & Herculem , & variis Deorum nominibus appellarunt . cum vero tempus è cælo natum sit , & ex annuo solis cursu , resque in eo agantur & per id nascantur , quæ generationi sunt subiectæ , idcirco Titans esse apud inferos , & eosdem patres hominum ac Deorum dixerunt , ut testatur Homerus in hymno in Apollinem ;

40

Ἰανὸν ἄνετον , ἀνιόντι , μετὰ τὴν ἀλκίαν ἔτατον .
Τετάρτην ἀνιόντι , μετὰ τὴν ἀλκίαν ἔτατον .

τῆ γαῖα ἀπὸ οὐρανοῦ, καὶ ἐξ ἀστέρων, δύνει.
 Audi nunc Tellus, & quod tegis omnia Cælum,
 Titanesque Dei colitis tellure sub alta
 Tartara qui tenebrosa; viri sunt vobis, Deique.

Atque Orpheus in hymno in Titanes illos omnium animalium fontem appellat, quæ ubique habitant, ut est in his;

*τῆ γαῖα πάντων ἐστὶ πύργος ἀλλὰ τίτων.
 ἔκκετο γὰρ ἀπὸ οὐρανοῦ ἀστέρων, καὶ ἀπὸ ἀστέρων
 δύνει τὰ πρῶτα πάντα τὰ ζῷα ἐπιγείνητα.
 ἔργα, καὶ πῶς καὶ τὸ δυνάει πᾶσι ζῷοις,
 θεοῖσιν, ἀλλοῖσιν, καὶ ἐξ ἀστέρων ἐπιγείνηται.
 ἢ δὴ οὐ γὰρ πᾶσι πᾶσι γινώσκοντα ἀστέρων.*

10

Titanes Cæli ac Terræ clarissima proles.
 Nostroꝝum proavi patrum : tellure sub alta
 Tartara qui colitis nigrantia . fons, & origo
 Cunctoꝝum panter mortalibus optima rebus,
 Quæ mare, quæ terras habitant, quæq; ætheris oras.
 Nanque viger per vos apte natura animantum .

Alii Titanem solem esse crediderunt, cuius vxor esset terra; quoniam ex his omnia euentius nascantur. Quidam elementorum mutationes per hanc fabulam explicasse antiquos crediderunt, ac Titanes vocarunt illa elementa, quæ terrestræ quiddam & crassum intra se continerent; quæ vi corporum superiorum inferius assidue detrudantur. Nam vapores semper sursum vi solis attrahuntur, qui vbi ad superiora peruenerint, virtute diuinorum corporum vel soluantur in purissima elementa, vel repelluntur inferius, quæ dimicatio est sempiterna, hanc vero per fabulam Titanum antiqui sapientes illa ipsa significabant, atque hæc ad physicam rationem. Quod vero nemo impune aduersus Deorum religionem sic temerarius, iam sapius explicatum est, quare ethicam explicationem in hac fabula nõ inuestigabo . at nunc dicatur de Gigantibus.

10

30

De Gigantibus .

Cap. XXI.

Dicuntur Gigantes è Terra, Cœliqꝝue sanguine nati fuisse, quo tempore Saturnus pudenda patris absceidit, ut ait Hesio. in Theog. his versibus;

*Γαῖα γὰρ πατρὸς οὐρανῶν ἐπιπέσει σπέρματι,
 φύσει δὴ βλάστη, γαῖα, περιελαβὼσα δὲ σπέρματι
 Γίγαντες ἐγενήθησαν κρατερῶς, μετὰ δὲ τὸν γένεσθαι.*

Sanguinæ quotquot guttæ cecidere, recepit
 Terra omnes : eadem rursus volentibus annis
 Horrendas peperit Furias, magnosque Gigantes.

40

Et Orpheus lib. 8. sacri sermonis;

*ὅτι καλίστοις γίγαντες ἐγένοντο ἐκ σπέρματι,
 ἡ γαῖα γὰρ ἐδέχθη, καὶ ἀνατίθησθαι ἔβουλετο.*

Hos ideo superi cuncti dixere Gigantes,
 E Terra quod sunt nati, & de sanguine Cæli.

Hanc eandem opinionem habuit etiã Acusilaus, ut testatur Apollonii enarrator . nam paulo superius ostendit Hesiodus saturnum in insidiis colloca-